AUTHOR:

KIRCHNER, C.

TITLE:

HORAZENS OFFELLUS

PLACE:

STRALSUND

DATE:

1817


Master Negative #

93-81310-1

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
PRESERVATION DEPARTMENT

BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record


87HS Kirchner, Carl, 1787-1855, tr.
DZ61 Horatius Flaccus, Quintus. (Satirae, 1817. Lat. & Ger.
Horazens Ofellus. 1817.

Restrictions on Use:



TECHNICAL MICROFORM DATA

FILM SIZE: 35 mm REDUCTION RATIO: 11X
IMAGE PLACEMENT: IA (IIA) IB IIB
DATE FILMED: 4.21.93 INITIALS m.D.C.
FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT



AIIM


Association for Information and Image Management
1100 Wayne Avenue, Suite 1100
Silver Spring, Maryland 20910
301/587-8202






Centimeter



Inches



MANUFACTURED TO AIIM STANDARDS
BY APPLIED IMAGE, INC.



HORAZENS
OFELLUS

ZWEITEN BUCHS ZWEITE SATIRE.

LATEINISCH UND DEUTSCH
MIT
KRITISCHEN UND ERLÄUTERNDEN BEMERKUNGEN.

EINLADUNGSSCHRIFT
ZU DEN DIESSJÄHRIGEN
ÖFFENTLICHEN SHHULPRÜFUNGEN
AM STRALSUNDER GYMNASIUM
UND DEN DARAUF FOLGENDEN
ÖFFENTLICHEN REDEÜBUNGEN
DER ABGEHENDEN PRIMANER
DEN 22TEN UND 23TEN SEPTEMBER.

VON
C. KIRCHNER, DR. PH.
CONRECTOR.

STRALSUND
IN DER KÖNIGL. REGIERUNGS - BUCHHANDLUNG.
1817.

VORWORT.

Dafs hier ein Uebersetzungsversuch die Zahl der aus dem Horaz bereits vorhandenen vermehrt, wird dem nicht auffallen, der übersieht, was bisher für die Satiren geschehen; und bei dem keiner Entschuldigung bedürfen, der mit mir überzeugt ist, dafs erst durch tüchtige und gediegene Uebersetzungen die Geisteswerke der Alten in die Masse unserer nationellen Bildung übergehen können; ein Zweck, der am Ende für die Bemühungen in jeder Wissenschaft der höchste und letzte ist.

Ob und wie weit die vorliegende Arbeit dazu beitragen könne, mögen Urtheilsfähige entscheiden. Wenigstens waren mir die strengen Forderungen nicht fremd, welche der Uebersetzer eines Dichters überhaupt, und der Horazischen Satire insbesondere, sich billig auferlegt; Forderungen, wovon der nichts ahnet, der in dergleichen Dingen sich nicht versucht hat, und deshalb nicht weifs, wie viel Vorarbeit und Feile das, was nun so glatt und natürlich sich ihm darstellt, bedurfte.

Um indeſs auch dem Philologen ein Genüge zu thun, und dem minder Unterrichteten das Verständniſs zu erleichtern, haben beide Texte, der Lateinische eine Aussteuer von kritischen Noten, welche sich am natürlichsten der Sprache des Originals anschlossen, der Deutsche von Sach- und Sprachbemerkungen erhalten. In den ersten ist das Bekannte und bereits Gesagte oder minder Wichtige ganz vermieden; der Kundige wird daraus wohl ersehen, daſs das Studium und die Absicht für den Dichter sich nicht auf diese Satire beschränken. Die andern sollen keineswegs als volle Interpretation, am wenigsten für den Schulzweck, gelten; wenn sie aber nebst der Uebersetzung beitragen, hie und da den Genuſs des Dichters, und damit die Liebe zu demselben zu wecken oder zu erhöhen, so werde ich darin eine Aufmunterung finden, fernere Versuche der Art bekannt zu machen; Versuche, deren kein Philolog sich enthalten oder gar schämen sollte.

Stralsund den 9ten September 1817.

HORAZENS

ZWEITE SATIRE

DES

ZWEITEN BUCHS.

OFELLUS.

Quae virtus et quanta, boni, sit vivere parvo,
(Nec meus hic sermo est; sed quae praecepit Ofellus
Rusticus, abnormis sapiens, crassaque Minerva)
Discite, non inter lances mensasque nitentis,
Cum stupet insanis acies fulgoribus, et cum

V. 1. *boni.* codd. multo maxima pars. Ald. 1519. a Lambino fere jam obtinuit. *bonis.* edd. veteres pleraeque, Acron. Schol. msc. unus alterve, quod natum e sequente littera s defendit Gesn., reduxit, quod mirum videtur, nuperrime clariss. Fea (ed. Romae 1811. 8vo) qui accipit pro *temperantibus*, ut bonus sit *qui vivat contentus parvo.* Quod ne cui posthac iterum placeat, rem paucis absolvamus. Atque triplex est ratio. Aut enim *boni* speciatim pro temperantibus; tum vide, quae tibi sententia oriatur: „quanta virtus sit temperantibus, esse temperantes.“ apage absurdam tautologiam! aut communiter *boni* (moralisch gut) tum sive dativus possessionis est (quae insit bonis): id et otiose dictum, et minus vere; non omnes enim boni temperantes: sive dativus commodi: id ridicule; virtus enim in omnes valet, non in bonos tantum. Sic de labe hac conclamatum esto. *boni* familiaris compellatio est, ut 2. Sat. 3, 31. 6, 95. cf. etiam Bentl. ad III. Od. 2, 1.

V. 2 *sed quae praecepit.* Hanc unice veram lectionem, quam III. codd. apud Torr. exhibent, II apud Feam, Bentl. recepit et asseruit. *quae praecepit* est i. q. praecepta. „neque hic meus sermo est, sed Ofelli praecepta sunt.“ simplicissime. et assumserunt Cun. Sanad. Baxt. Fea. At nuperrimus in nostris editor nihilo secius vulgatam *quem* denuo induxit, ea ratione, „quod poëta sermonem ab Ofello habitum ad verbum referat.“ Et id secus est, et certe contra

OFELLUS.

Wie viel Werth, ihr Lieben, es habe, von Kleinem zu leben,
(Nicht sinds Worte von mir, vielmehr von Ofellus dem Landmann
Lehren, der ganz zunftlos, so ein Weiser des gröberen Schlags ist.)
Dieses vernehmt; doch nicht bei blinkenden Tischen und Schüsseln,
Wenn unsinniger Glanz eu'r Auge bethöret, und wenn so

usum dicendi: *praecipere sermonem.* aliud est enim docere, aliud praecipere. Quem comparat Heindorf. locum 1. Od. 24, 2. „praecipe lugubres cantus Melpomene:“ is plane a nostro alienus est. nam ibi *praecipe cantus* non est *doce*, sed praei, ordire, praelude eis. Aptius laudari possit Quintilian 3, 1, 14 ubi Aristoteles dicitur „praecepisse artem rhetoricam.“ sed neque id de ediscendis verbis accipiendum. *Praecipere sermonem* nihil posssit esse, nisi mandare alicui tradendum, *auftragen.* At mira haec ratio foret contraque omnem veritatis speciem, poëta si fingeretur accepisse a simplici rustico sermonem multifaria urbanitate conditum, eumque in hunc certum finem compositum, ut Romanis hominibus exponeret. Mutatur conditio, si praecepta ejus excepta suo modo poëta ornat suisque verbis proponit. Idque ipse Horatius indicat, cum inde a v. 116 Ofellum loquentem inducit.

V. 3. Lectio *abnormi*, quam habent multi mss. et ed. Fabricii a. 1541. a Bentlejo jam explosa est. *Crassa Minerva* dicitur proverbialiter, sed nusquam *abnormis.*

V. 6. *acclinis.* Hac de lectione v. Forcellinum in Thes. Edd. ante Lambinum fere exhibent *acclivis.* Loeheriana a 1498 *acclivus.* Cun. et Sanad. *adclinus.* nullius exempli vocem.

Acclinis falsis animus meliora recusat;
Verum hic impransi mecum disquirite. Cur hoc?
Dicam, si potero. Male verum examinat omnis
Corruptus judex. Leporem sectatus, equove
Lassus ab indomito, vel — si Romana fatigat
Militia adsuetum graecari — seu pila velox,
Molliter austerum studio fallente laborem,
Seu te discus agit, pete cedentem aëra disco:
Cum labor extuderit fastidia, siccus, inanis
Sperne cibum vilem; nisi Hymettia mella Falerno
Ne biberis diluta. Foris est promus, et atrum,
Defendens piscis, hiemat mare: cum sale panis
Latrantem stomachum bene leniet. unde, putas, aut
Qui partum? Non in caro nidore voluptas
Summa, sed in te ipso est. Tu pulmentaria quaere
Sudando. pinguem vitiis albumque neque ostrea,
Nec scarus aut poterit peregrina juvare lagois. —
Vix tamen eripiam, posito pavone, velis quin
Hoc potius quam gallina tergere palatum,
Corruptus vanis rerum; quia veneat auro
Rara avis, et picta pandat spectacula cauda:

V. 14. *extulerit* mss. aliquot vitiose legunt, unde factum *expulerit*, quod Bentl. in excerptis Bodl. deprehendit Horatioque vindicavit, multis exemplis ostendens, vocab. *extundere* non nisi sensu inveniendi, acquirendi, extorquendi usu venire. Licet exempla a Wetzelio (e Celso. 4, 5) et Fea (e Quintil. Inst. Or. 1, 3, 6) allata nihil contra valeant, tamen cum Gesnero sentimus: „dura lex fuerit, si rejicere velimus omnia semel tantum observata."

V. 15. *vilem et nisi.* — Edd. Locheri. Ascens. 1519. msc. unus ap. Feam; quod quidem haud recipiendum, sed tamen memoratu dignum censuimus.

V. 16. *atrum.* post hanc vocem distinximus, quippe quae adverbialiter, ex more Horatii, ad *hiemat* referenda sit (atrum hiemat) non, quod vulgo faciunt, ad *mare.* Hiemi quidem convenienter epitheton *atra* tribuitur, ut apud Virg.

Hin zum Falschen gewandt das Gemüth sich besserm verschliefset.
Nein, ganz nüchtern müfst ihr mit mir rathschlagen. Wozu das?
Wills euch sagen, so's gebt. Schlecht mittelt, bestochen, ein jeder
Richter die Wahrheit aus. Hab' Hasen gejagt, sei ermattet
Vom unbändigen Rofs: auch, wenn dich Römische Mannszucht
Abmüht, Griechischer Künste gewohnt nur, mag dann der rasche
Ball, weil Lust dich sanft läfst saure Bemühung vergessen,
Mag dich der Discus erfreun: triff Luft, wie sie weichet dem Discus!
Hat Arbeit so den Ekel verbannt, dann durstig und leibhohl
Scheue mir Hausmannskost; mit Hymettischem Honig versetzt nur
Wolle Falerner zum Trank; aus ist dein Schaffner, und pechschwarz
Stürmet, die Fischbrut schützend, das Meer; o, Brod dann mit Salz wird
Gut dir den bellenden Magen besänftigen. Wie, und woher diefs
Meinst du, kommt? Nicht liegt im theuren Gedufte der höchste
Anreiz, nein, in dir selbst. Durch Schwitzen erziele die Beikost
Dir: wer blafs und geschwellt vom Schlemmen ist, weder die Auster
Labt den, weder der Springer, noch Auslandswaare, das Schneehuhn. —
Schwer doch erreich ichs, stehet der Pfau auf, dafs du mit diesem
Nicht viel lieber den Gaum, als dort mit der Henne, dir kitzelst;
Ganz von eitelem Wahne bethört, weil Gold für den seltnen
Vogel man zahlt, und bunt sein Schweif vor dem Auge sich aufspreizt;

Aen. VII. 214. „atra subegit hiems" — et saepius; at mare non nisi in procella nigrescit.

V. 21. *neque ostrea.* Sic Bentl. eumque secuti Baxt. Cuning. Sanad. Gesn. Combe. Wakef. Fea. Heind. Vulgo *nec.* At *neque* exhibent mss. permulti, edd. Locheri. Ascens. 1519. Idem restituendum II. Od. 9, 5. 16, 8. III. Od. 11, 43. 12, 1. IV. Od. 4, 31. in Epodis saepius: in Sermonibus ter: in Epistolis nusquam peccatum est. Ne multa, Horatius particulam *nec* ante vocalem in eodem versu usque vitavit, et omnes quicunque loci, in quibus adhuc talis lectio deprehenditur, in corruptis habendi. Indocte hac de re Bentlejus disputavit ad III. Od. 11, 43. Neque Cuningam. qui verum vidit, ubique sibi constitit.

Tamquam ad rem attineat quicquam. num vesceris ista,
Quam laudas, pluma? cocto num adest honor idem?
Carne tamen, quamvis distat nihil, hac magis illa.
Imparibus formis deceptum te patet. esto!
Unde datum sentis, lupus hic Tiberinus, an alto
Captus hiet? pontisne inter jactatus, an amnis
Ostia sub Tusci? laudas, insane, trilibrem
Mullum; in singula quem minuas pulmenta necesse est.
Ducit te species, video: quo pertinet ergo
Proceros odisse lupos? quia scilicet illis
Majorem natura modum dedit, his breve pondus.

V. 29. Hic locus mire vexavit interpretes, mireque varias explicationes passus est, quarum ego, ne quid gravius omissum videatur, potiores tantum recensebo. *Lambinus* post *nihil* distinxit, in interpretando ineptit: „quamvis carne nihil inter utramque distat, tamen patet, te hac forma magis quam illa, scilicet imparibus formis, deceptum esse.“ in quo hoc ridicule dictum est, illum magis minusve decipi, cum certe per gallinam non decipiatur. *Bentl.* eandem interpunctionem secutus, licet in explanando obscurior, tamen, quod *illa* sexto casu positum existimat, prorsus cum *Cruquio* consentire videtur, qui sic intellexit: „quamvis nihil magis hac carne pavonis distat ab illa gallina (i. e. quamvis nihil magis remotum est, differt, a gallina, quam haec caro pavonis) tamen natura carnis et sapor non ita te decepit, ut formarum imparitas.“ Id quidem contra sensum, quis enim tum illi succensuerit, si praeferat pavonem? — Aliam rationem iniit *Fea*, qui ex tribus codd. rescripsit: *nil haec magis illa*, et expl. „quamvis haec caro (pavonis) nihil magis distat (excellit) illa gallinae, tamen patet, te deceptum potius specie“ etc. Qua lectione multo est expeditior illa, quam *Cuningam.* ex ingenio dedit: *distat nil hic magis illa.* Sensus eodem redit. Atqui his mutationibus nihil opus. Nam si *nihil magis* dictum sit pro *nihilo magis*, quid impedit, quo minus in vulgata acquiescamus: „quamvis illa caro nihilo magis distat, excellit (i. e. nihilo melior est) quam haec, tamen deceptum te patet“ — etc. quem in modum etiam Schol. Cruquii interpretatus est. Nam quod *Bentl.* docet, *hac* ad pavonis carnem, *illa* ad gal-

Gleich als trüge zur Sache das bei. Wie, ifst du denn etwa
Was du dir rühmst, das Gefieder? Wenn gahr, bleibt eben die Zier ihm?
Doch diefs Fleisch, ists gleich nichts besser, begehrst du vor jenem.
Klar ists, dafs der Gestalt Abstand dich getäuschet. So seis denn!
Wie doch gewahrest du das, ob der Meerwolf hier, ein der Tiber
Oder der See entnommener, klafft? Ob er zwischen den Brücken
Trieb, ob am Munde des Tuskischen Stroms. Dreipfündigen Rothbart
Preisest du Thor, und mufst doch in einzelne Stücken ihn theilen.
Hier ists Gröfse, die lockt; wie ich sehe. Was also bedeutet's,
Meerwolfsgröfse zu hassen? Ja, ja, weil diesen ein reicher's
Maas die Natur zutheilte, doch jenen ein kleines Gewicht gab.

---

linae referri debere, id secus est. Saepius enim pronomen *hic* ad membrum remotius, *ille* ad proximum refertur, ut statim vs. 36. (conf. Hensing. ad Cic. Off. 1, 3, 5). *Heindorfio* tamen Feae lectio acceptissima esse poterat, qui particula *magis* offensus emendavit *nihil hac avis illa.* Quid, si: *nil haec avis illa?* At gravius quoddam in hac explicatione vitium latet, quod omnes hosce VV. DD. fefellit, quippe non videntes, part. tamen ad versum sequentem trahi nullo modo posse. Falsa enim compositio sententiarum foret: quamvis caro non melior est, tamen forma te decepit.“ Quid caro ad formam? Ubi dicendum fuisset: cum caro non melior sit, forma te decepit. Vere enim putat ganeo ille, pavonis carnem meliorem esse; alioqui non diceretur *forma decipi*, quae certo in pavone multum praestat. — Deinde, ut rem conficiamus, *Sanadon.* post *illa*, *et* addit, apodosin in voce *esto* ponit, ut sensus sit; „quamvis illa caro nihil magis distat (excellit) quam haec, et (quamvis) patet, te imparibus formis deceptum, tamen esto ita. At unde datum sentis“ — etc. Neque hanc interpretationem longe petitam morantes, *Gesnero* potius accedimus, qui simplicissimam rationem secutus, in eum modum verba intellexit, quo jam olim *Fabricius Chemn.* distinxerat: carne tamen hac magis vesceris, quam illa gallinae, i. e. magis appetis hanc carnem, quam illam.“ Hyperbaton constructionis, quo *vesceris* ex superiore sententia, interjecta alia, assumitur, certe non durius quam illud I. Od. 1, 4. *hunc si mobilium* — ubi *juvat* ex superioribus repetitur, cum *evehit* interpositum sit.

Jejunus raro stomachus volgaria temnit!
Porrectum magno magnum spectare catino
Vellem, ait, Harpyiis gula digna rapacibus. at vos
Praesentes Austri coquite horum obsonia! quamquam
Putet aper rhombusque recens, mala copia quando
Aegrum sollicitat stomachum; cum rapula plenus
Atque acidas mavolt inulas. Necdum omnis abacta
Pauperies epulis regum: nam vilibus ovis,
Nigrisque est oleis hodie locus. Haud ita pridem
Galloni praeconis erat acipensere mensa
Infamis. quid? tum rhombos minus aequora alebant?
Tutus erat rhombus, tutoque ciconia nido,
Donec vos auctor docuit praetorius. ergo
Si quis nunc mergos suavis edixerit assos,
Parebit pravi docilis Romana juventus.
Sordidus a tenui victu distabit, Ofello
Judice. nam frustra vitium vitaveris illud,
Si te alio pravus detorseris. Avidienus,

V. 38. *Jejunus raro stom.* libri mss. quod sciam omnes, editi plerique. *stom. raro.* Ald. 1501. 1519. Junt. 1503. Argent. 1514. Steph. 1588. Inficite, quanquam Schol. Porphyrio vulgatam in eundem modum interpretatur. Respicit poëta ad ea, quae dixerat v. 7 — 20, ut series sensorum sit: „Impransum vilia delectant, at stomachus raro jejunus ea fastidit.“ *Bentl.* quidem ad A. P. 337 hunc versum immerito spurium censuit, quem temere secutus Sanadon. revera eliminavit; sed male Gesnerus, quocum sentiunt recentiores, aliquot ita eum defendit, ut jungendum per apodosin versui proxime praecedenti putet. Quaenam enim, per sanos omnes, haec consecutio: „quia illos natura magnos fecit, hos parvos, ideo stomachus vulgaria temnit!“ Sic potius, puncto post *pondus* posito, statuendum: ad interrogationem: „quo pertinet ergo“ — responsum ironicum fieri: „quia scilicet — dedit.“ cui subjungatur enunciatum commune: „stomachus (enim) raro jejunus temnit vulgaria.“ Unde manifesto apparet, hunc versum omnino abesse non posse; concludit enim sententiam,

Alltagsdinge verschmäht ein selten ernüchterter Magen!
„Strecklings recht auf grofsem Geschirr grofs möcht ich ihn anschaun“!
Sagt er, ein Schlund, wie Raubharpyen er ziemet. O helft ihr,
Gütige Süde, doch folchen die Zukost kochen! Obschon ja
Frisch Meerbutte wie Eber den anstinkt, dessen erkrankter
Magen vom Unmaafs leidend, und voll, sich eher nach scharfem
Alant sehnt und Radieschen. Im Ernst, nicht gänzlich verbannt schon
Ist von den fürstlichen Tischen die Schmalkost. Aermlichen Eiern,
Schwarzen Oliven, gewährt man noch jetzt Raum. Eben nicht lang ists,
Dafs Gallonius Tafel, des Herolds, wegen des Störes
Ruchtbar war. Wie, nährte das Meer da weniger Butten?
Sicher noch war Meerbutt', und sicher im Neste der Storch, bis
Jüngst als Meister der „Prätor in Hoffnung“ euch witzigte. Demnach,
Kommt die Verordnung jetzt, süfs schmecken gebratene Taucher,
Willig gehorcht, für Schlechtes gelehrig, die Römische Jugend.
Filzige Kost steht fern von der Hausmannskost, nach Ofellus
Urtheil; denn umsonst wirst obiges Laster du meiden,
Wenn du zum anderen Ziel falsch hinlenkst. Avidienus,

---

gulonum perversitatem indicans. — Ceterum pronomen *illis* ad proximum *lupos* esse referendum, *his* ad remotius, quod idem Schol. Cruquii monet, modo vidimus ad vs. 29. — Baxterus ex varietate lectionis apud Acronem Schol. dedit: *rare.* Sed nollem Heindorfius alteram ejusdem Schol. lectionem amplexus esset: *jejunus rari stom.* quae sententiam debilem ac paene tautologicam efficit.

V. 40. *Vellem.* Inscite Heindorf. emendat *velle*, imperfecto offensus, ubi praesens putat requiri, *velim.* Perperam. *Vellem* hic innuit merum optatum cogitantis: *velim* est sperantis. Sic 1. Epist. 11, 8. „tamen illic vivere vellem.“ Post *ait* distinguendum censuimus.

V. 47. Sanadon. *Galloni praetoris*, nihil monito lectore.

V. 53. Hinc novae Eclogae initium Porphyrio posuit: „In Sordidos incipit haec ecloga.“

Cui Canis ex vero ductum cognomen adhaeret,
Quinquennis oleas est, et silvestria corna;
Ac, nisi mutatum, parcit defundere vinum; et
Cujus odorem olei nequeas perferre, licebit
Ille repotia, natalis, aliosve dierum
Festos albatus celebret, cornu ipse bilibri
Caulibus instillat, veteris non parcus aceti.
Quali igitur victu sapiens utetur, et horum
Utrum imitabitur? Hac urguet lupus, hac canis, ajunt.
Mundus erit, qui non offendat sordibus, atque
In neutram partem cultûs miser. hic neque servis,
Albuci senis exemplo, dum munia didit,
Saevus erit; nec sic ut simplex Naevius, unctam
Convivis praebebit aquam: vitium hoc quoque magnum.
Accipe nunc, victus tenuis quae quantaque secum

V. 56. In partes hic discedunt libri et mss. et editi. *dictum* codd. V. ap. Pulm., Lamb. aliquot, Bentl. omnes, Gesn. 1. Baden. 1. edd. Ald. Ascens. 1519. Heind. — *ductum* Pulm. 1. Bland. 1. ap. Cruq. Talb. 1. Feae 1. edd. Loch. Fabr. Steph. et post Bentlejum pleraeque. Idque verissime. *Cogn. ex vero duct.* est cognomen ductum ex similitudine veri canis, ut distinguatur a cognominibus sollemnibus atque hereditariis, qualia sunt Catulus, Bestia etc. — Ib. *adhaesit*, quod libri nonnulli exhibent, possit esse praeteritum verbi adhaeresco, notante Heindorfio. At hic de istius appellationis auctore non agitur.

V. 58. *diffundere* codd. aliquot et edd. — *defundere* omnes melioris notae mss., edd. pleraeque. recte. *diffunditur* vinum e lacu in amphoras et cados apothecarum ad asservandum (cf. 1. Epl. 5, 4. „vina bibes iterum Tauro diffusa.“ ib. Gesn. Plin. H. N. XIV, 16. ib. Harduin.) *defunditur* ex amphoris in crateras ad usum bibendi, unde, notante Fea, denuo in pocula *diffunditur*. Ratio ipsa in his decernere debet. nam syllabae *de* et *diff.* ita perpetuo a librariis commutantur, ut fere jam nihil sani sit in ejusmodi vocibus. — Quod Heindorf. cum Lambino putavit, *defundere* hic de libatione salsius intelligi, comparato loco IV. Od. 5, 33., vereor ut ex nudo hoc vocabulo is sensus elici possit.

Dem die Benennung „der Hund“ anklebt, vom wahren entlehnt, ifst,
Fünf Jahr alt, die Oliven, dabei Cornellen des Waldes;
Nie auch spendet er Wein, als kahmig gewordenen; ferner,
Oel, defs Duft kein Mensch aushält, mag nun er der Hochzeit
Nachschmaus, mag er Geburts - und andere festliche Tage,
Weifs im Staate, begehn, tropft auf den Salat er behutfam
Aus zweimaafsigem Horn, nicht karg mit veraltetem Essig.
Welcher Geniefsart also bedient ein Weiser sich, wem von
Beiden denn macht ers nach? Hier Wolf, dort dränget der Hund, heifst's.
Schmuck sein wird er, ein Mann, der nicht durch Schmutz uns empört; nicht
Hier, nicht dort in der Pflege zu weit gehn. Weder bei Sclaven
Wird, wie der alte Albucius Er, Aufträge vertheilend,
Grausam sein, noch auch gutherzig wie Nävius, fettes
Wasser den Gästen bescheren. Ein gröblicher Fehler ist das auch!
Höre denn jetzt, was mäfsige Kost für reichen und grofsen

V. 65. *qui non offendat sordibus.* Sic codd. plerique cum Schol. Porphyr. et edd. omnes ante Lamb. qui dedit *offendet*, quod exhibent aliquot mss. recep. Cruq. Steph. — Recentiores fere, Cuning. Sanad. Wakef. Heind. Feam in suas partes traxit *Bentl.*, qui ex Blandd. Cruquii et Schol. Acron. (quibus accedunt tres alii codd.) rescripsit: *qua non offendat.* Non enim mundi hominis definitionem censet hic exhiberi, sed conditionem rei: „mundus erit (ille sapiens) eatenus, qua non offendat sordibus.“ Id quidem verissime; sed idem melius significatur lectione vulgata: *qui non offendat sordibus*, ubi *qui* est *quippe qui*, so fern er. antecedit praeceptum: „mundus erit ille, — quippe qui non offendat sordibus. Consimilis locus est II. Serm. 3, 28. „*Vivet* uter locuples sine gnatis, improbus, ultro *Qui* meliorem audax *vocet* in jus, illius *esto* defensor.“ — At Bentlejum fefellit vulgata interpretatio, quae sane prava est. *Qua* vero requireret futurum: „mundus erit, qua non offendet.“ id quod expressit Acron, cum dicit: „qua — id est, quatenus non erit sordidus.“ — Ceterum *atque* — *miser* pendet ab *erit*.

V 68. *neque sic ut.* Lamb. Baxt., reduxerunt Heind. Fea. Male. *Neque* — *nec* Horatio est sollemnis constructio, a qua fine graviore causa recedi non debet.

Adferat. In primis valeas bene: nam variae res
Ut noceant homini, credas, memor illius escae,
Quae simplex olim tibi sederit. at simul assis
Miscueris elixa, simul conchylia turdis:
Dulcia se in bilem vertent, stomachoque tumultum
Lenta feret pituita. Vides, ut pallidus omnis
Cena desurgat dubia? Quin corpus onustum
Hesternis vitiis animum quoque praegravat una,
Atque adfigit humo divinae particulam aurae.
Alter, ubi dicto citius curata sopori
Membra dedit, vegetus praescripta ad munia surgit.
Hic tamen ad melius poterit transcurrere quondam;
Sive diem festum rediens advexerit annus,
Seu recreare volet tenuatum corpus; ubique
Accedent anni, et tractari mollius aetas
Imbecilla volet: tibi quidnam accedet ad istam,
Quam puer et validus praesumis, mollitiem, seu
Dura valetudo inciderit, seu tarda senectus?
Rancidum aprum antiqui laudabant: non quia nasus
Illis nullus erat; sed, credo, hac mente, quod hospes
Tardius adveniens vitiatum commodius, quam

V. 79. *adfligit*, quod Lambinus e codd. invexit, Bentl. asseruit, bene refutavit Fea. divinae enim particula aurae non bene diceretur adfligi humo, i. e. terrae illidi cum vi et impetu. — Steph. dedit *humi*, suadente Cruquio, ut videtur.

V. 84. *ubique accedent anni, tractari.* — Sic edd. magna pars, codd. Loch. Ascens. al. et nuperrime Fea. Male. Sententia primaria est: *hic tamen — poterit.* cui ex adverso stat: *tibi quidnam accedet.* — Bentl. ex conjectura dedit: *ubive accedent.* quod commentum suum recentioribus fere nescio quomodo probavit. Certe contra loci rationem. Res enim sic se habet: Part. *sive — sive* non nisi hypothetice valent, rem significantes, quae fieri quidem possit, at non continuo semperque fit; id quod cernitur cum omnibus exemplis a Bentlejo

Vortheil schafft. Hauptsächlich verbleibst du gesund. Denn Gemengtes,
Wie nachtheilig dem Menschen es sei, das begreifst du, gedenk der
Speise, die einst einfach dir bekam. Doch sobald du Gebratnes
Mischest Gekochtem, und bringst Krammtsvögel mit Muscheln zusammen,
Wandelt das Süfse zu Galle sich um, und erwecket der zähe
Schleim Aufruhr dir im Magen. Bemerkst du, wie blafs von dem bunten
Gastmal Jeder zuletzt aufsteht? Ja, der Körper, befschwert von
Gestriger Unheilsfülle belastet die Seele zugleich, und
Hält so nieder am Boden ein Theil vom göttlichen Anhauch.
Jener, der Andre, nachdem die im Umsehn hurtig gelabten
Glieder dem Schlaf er vertraut, steht frisch zum bestimmten Geschäft auf.
Doch kann dieser zu besserm Genufs noch immer sich wenden,
Seis nun ein festlicher Tag, den des Jahrs Rückkehr ihm herbeiführt,
Seis, dafs erschöpft sein Körper Erquickung bedarf; und wenn endlich
Höhere Jahr' eintreten, und sanftere Pflege das schwache
Alter verlangt. Doch du, was willst du zu jenen Genüssen,
Die du als Knab', und rüstig vorwegnimmst, ferner hinzuthun,
Wenn nun Krankheitsfall eintritt, wenn trägeres Alter?
Müffelnd lobten die Alten das Schwarzwild; nicht, dafs sie keine
Nase gehabt; ich glaub' in dem Sinn, dafs, wenn der Gastfreund
Später erschien, er besser das schon anbrüchige mitafs,

---

huc collatis, tum hoc ipso loco. Nam fortuitum non minus est incidere diem festum, quam adversam valetudinem. De senectute non item; quae et certo venit, et apud omnes remissiorem cultum requirit. Inde: *ubique accedent anni*, i. e. et tum profecto, cum anni accedent. (v. Goerenz. ad Cic. Fin. II, 1, 2.) Quam vero Bentl. rationem attulit, *ve* part. post *seu* et *sive* tertium locum obtinere, ea non omnino valet. IV. Od. 2, 17. „*Sive* — coelestes — donat, juvenem*ve* raptum plorat, *et* vires — educit in astra." Epod. 16, 30. „quando Padus — laverit, *seu* procurrerit Apenninus, nova*que* monstra junxerit libidine Amor." —

V. 86. *accrescet* emend. Fea, nihil monito lectore: opinor, quod proxime praecedit *accedent.*

Integrum edax dominus consumeret. Hos utinam inter
Heroas natum tellus me prima tulisset!
Dos aliquid famae, quae carmine gratior aurem
Occupat humanam? grandes rhombi patinaeque
Grande ferunt una cum damno dedecus. adde
Iratum patruum, vicinos, te tibi iniquum,
Et frustra mortis cupidum, cum deerit egenti
As, laquei pretium. Jure, inquit, Trausius istis
Jurgatur verbis; ego vectigalia magna,
Divitiasque habeo tribus amplas regibus. Ergo,
Quod superat, non est, melius quo insumere possis?
Cur eget indignus quisquam, te divite? quare
Templa ruunt antiqua Deûm? cur, improbe, carae
Non aliquid patriae tanto emetiris acervo?
Uni nimirum tibi recte semper erunt res.
O magnus posthac inimicis risus! Uterne
Ad casus dubios fidet sibi certius? Hic, qui
Pluribus assuêrit mentem corpusque superbum;
An qui contentus parvo metuensque futuri,
In pace, ut sapiens, aptarit idonea bello?
Quo magis his credas: puer hunc ego parvus Ofellum
Integris opibus novi non latius usum,
Quam nunc accisis. videas metato in agello
Cum pecore et gnatis fortem mercede colonum,
NON ego, narrantem, temere edi luce profesta
Quicquam, praeter olus fumosae cum pede pernae.

V. 95. *occupet.* codd. satis multi. Cruq. Heindorf. *Occupat* ceteri; quod Bentl. in notis praetulit, at in contextu illud reliquit. Et melius sententia communiter effertur, quam huic nepoti per conjunctivum tribuitur.
V. 101. *Divitias habeo.* Bentl. ed. Lips. vitiose, puto.
V. 106. *eunt res.* Bentl. ex conjectura N. Heinsii. At phrases hic et exempla

Als dafs frisch der gefräfsige Herr es verzehrte. O wär ich
Solchen Heroen gesellt auf der Erstlingserde geboren!
Giebst du vielleicht auf den Ruf etwas, der süfser als Lieder
Menschliches Ohr anspricht? Nun, mächtige Butten und Schüsseln
Bringen zugleich mit dem Schaden dir mächtige Schande. Dazu nimm
Zürnend den Ohm, und zürnend die Nachbarn, feind du dir selbst, und
Dann umsonst nach dem Tode dich sehnend, wenn dem Bedürft'gen
Mangelt der Dreier zum Strick. „Wohl recht wird Trausius“, sagst du,
„Durch die Rede gestraft; doch mein sind grofse Gefälle;
„Reichthum hab' ich, bedeutend genug drei Königen.“ Sonach,
Was du zu viel hast, giebt es denn nichts, dem besser du's widmest?
Warum darbt schuldlos noch ein Mensch, weil reich du bist, warum
Sinken die altehrwürdigen Tempel der Götter? Wie zollst du
Schlechter, dem theuren Geburtsland nichts von dem stattlichen Haufen?
Dir allein wird alles vermuthlich immer nach Wunsch gehn!
O wie werden die Feinde dereinst hohnlachen! Von Zweien,
Welcher vertraut für Fälle der Noth sich sicherer? Er, der
Für viel Dinge den Sinn und den üppigen Körper verwöhnt hat,
Oder der froh bei Kleinem und sorgsam stets für die Zukunft
So, als Weiser, im Frieden bedarf zum Kriege bereit hält?
Dafs du noch mehr dem glaubst: Als Knäblein kannt' ich Ofellus,
Wie er des vollen Besitzes sich gar nicht reicher bediente,
Als des verminderten jetzt. Zur Pacht, auf vermessenem Grundstück
Solltest du sehn, bei Vieh und Kindern, den tapferen Landmann;
Nie grundlos (so erzählt er) verspeifst' Alltages ich etwas
Anders als Kohl mitsammt' nem Bein vom russigen Schinken.

---

nil faciunt. Sententia flagitat futurum. „Quid, si res adversae incidant? Tu scilicet unicus eris, cui semper omnia prospere cedant!“
V. 116. *in luce.* Edd. Ald. 1519. Fabr. Bas. 1580. haud spernenda lectionis varietas.

At mihi seu longum post tempus venerat hospes,
Sive operum vacuo gratus conviva per imbrem
Vicinus; bene erat, non piscibus urbe petitis,
Sed pullo atque hoedo: tum pensilis uva secundas
Et nux ornabat mensas, cum duplice ficu.
Post hoc ludus erat culpa potare magistra.
Ac venerata Ceres, ita culmo surgeret alto,
Explicuit vino contractae seria frontis.
Saeviat atque novos moveat Fortuna tumultus;
Quantum hinc imminuet? Quanto aut ego parcius, aut vos,
O pueri, nituistis, ut huc novus incola venit?
Nam propriae telluris herum Natura neque illum,
Nec me, nec quemquam statuit. nos expulit ille;
Illum aut nequities, aut vafri inscitia juris,
Postremum expellet certe vivacior heres.
Nunc ager Umbreni sub nomine, nuper Ofelli
Dictus, erit nulli proprius; sed cedet in usum
Nunc mihi, nunc alii. quocirca vivite fortes,
Fortiaque adversis opponite pectora rebus!

V. 118. *At mihi seu longum.* — Sic msc. 1. ap. Pulm. et nuperrime Fea. *at* etiam Ald. Quod et ego praefero. Opponitur enim voci *temere.* „Die profesto non temere (i. e. nulla ratione movente, cum solus essem) quicquam edi praeter olus; at si hospes aliquando venerat, aut vicinus, tum" — etc. Vulg. *ac mihi seu longum.* — *cum longum* ab Aldo est. — *seu longo post tempore* Lamb. ait quosdam velle legi. Sanad. recepit, Cuningamio tribuens, plane innocenti.

V. 124. Variant h. l. libri mss. et edd. *ita culmo ut surgeret* — *ita culmo uti surgeret* — *ut culmo surgeret.* — *uti culmo surgeret* Lamb. et Cruq. vitiose. *Ita culmo surgeret* vera lectio est, eaque plurimorum codd. et edd. vett. quam Bentl. revocavit. At in interpretando et huic et ceteris Scholiastae fraudem fecerunt, qui explicant: „rogata deinde Ceres, ut perseveraret in fructibus (frugibus), ita ut se ostenderat." Porph. Schol. Cruq." — quomodo coepit

Aber erschien dann einmal nach längerer Zeit mir ein Gastfreund,
Oder wenn arbeitsledig ich war beim Regen, ein werther
Gast mir, der Nachbar; dann wars wohl uns, nimmer bei Fischen,
Fern aus der Stadt her: nein, beim Huhn und Böckchen; den Nachtisch
Schmückt' uns die winternde Traube, die Nufs, nebst doppelter Feige.
Demnächst dienten zum Spafs die Versehn als Regel beim Trinken.
Ceres, mit Spende verehrt, dafs hoch sie im Halm sich erhübe,
Glättete dann durch Wein uns den Ernst der gerunzelten Stirn aus.
Wüthe das Schicksal drum, und erreg' uns neue Verwirrung;
Wie viel nimmt es uns hierin? Um wie viel spärlicher hab' ich,
Habt ihr Kinder geblüht, seit neu ein Bewohner hieher kam?
Denn leibeigenen Bodens Besitz hat ihm die Natur nicht,
Noch mir, noch sonst Einem verliehn. Uns scheuchete jener,
Ihn, seis Schwelglust, seis Unkunde des pfiffigen Rechtes;
Sicher vertreibt ihn zuletzt ein lebenbegabterer Erbe.
Hier diefs Gut, jetzt nach Umbrenus und jüngst nach Ofellus
Namen benannt, wird keinem zu eigen; es kommt in Gebrauch nur
Bald mir, bald auch andern; darum lebt tapfer, ihr Freunde,
Drum setzt tapfere Herzen den Schicksalsstreichen entgegen!

---

crescere." Acron. „Ita surgeret: ita scilicet, ut jam nunc surgit. Nempe per imbrem convivium hoc actum est" etc. Bentl. Mirum! id in vicini conventu valet; in hospitis non item. *Ita* potius est formula precantis, ut in tritissimo illo; ita me Di ament! haud minus quam *sic.* (I. Od. 3. init). Exemplorum segetem lexica ministrant.

V. 129. *proprie telluris.* Fea ex pluribus mss. et edd. Venn. 1495. 1501. quod ipse exemplis firmavit.

V. 134. *dictus erat: nulli pr. sed cedit in vs.* Sic Bentl. cumque eo Baxt. Gesn. Oberl. Combe. Fea. *cedit* vix unus alterve cod. Et sane vulgata, quam tuentur plurimi mss. et edd., praestat: nam enunciatum est commune, cui exempli tantum gratia additur: *nunc mihi.* Derivatur vero ex superiore: *Nam propriae telluris* etc. quapropter futuro hic locus est (cf. Goerenz ad Cic. Fin. III, 8, 28).

V. 136. *Martiaque.* Praeclarum Sanadoni inventum, quod ei libenter remittimus.

ERLÄUTERNDE BEMERKUNGEN.

